Dreznerowna Abrenuntiat.

Comparens plenum Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premysliensibus Ecclesia Magdalena Dreznerowna, olim Ecclesiae Andreae Drezner cum Ecclesia olim Anna Dąbrowska procreata filia, Ecclesiae Vero Jacobi Pokrzykowski consortis legitima, Una cum eiusdem Mariti sui Vtitutoris coniugalis personali assensu et Vltroneo ad infrascriptam regendam consensu, sana mente et corpore exercens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti Vero Jurisdictioni Castrensi Capitali Premysliensi quo ad Actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus tolerantibus et plenarie subjicientibus et incorporantibus palam libere publice ac praeexpressum Recognovit. Quia sibi de bonis Paternis et Maternis se Regrediendi Jure Divino et naturali successione concernentibus, atque summa Quingentorum florenorum polonicalium libri ratione dotis per eosdem olim Parentes suos assignatum, per manus Ecclesiae Sebastiani Charczowski satisfactum est, ob quam sibi praestitam satisfactionem in rem eiusdem Ecclesiae Charczewski abrenuntiat, abelicat et resignat, atque de summa praedicta Levata eundem Ecclesiam Charczewski quietat, nihil iam Juris sibi ad bona Parentum suorum amplius reservans.

Wysoczanski Filio suo Donat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premysliensibus plenum comparens Illustris Petrus Wysoczanski sanus mente et corpore exercens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti Vero Jurisdictioni Castrensi Capitali Premysliensi quo ad Actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus tolerantibus et plenarie subjicientibus et incorporantibus palam libere publice ac praeexpressum Recognovit. Quia ipse bona dicta propria et haereditaria infrascripta, nempe Tertiam sortem omnium gratis bonorum suorum

haeredi-